



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Dominica ij. post pentecosten

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

propter preciosi sanguinis effusionem. Igniti autem serpentes, quorum moribus homines peribant, uenenosas cogitationes & mortiferas persuasiones significant. Quæ cum delectatione peruersam usque ad consensum perducunt, quasi pungendo animam interinuunt. Nam & primi parentes nostri in paradiso serpentis astutia sunt decepti. Miro ergo ordine contra serpentem ponitur serpens, quia per hoc quod dominus pro nobis passionem sustinuit, antiqui serpentis caput contriuit. Quicumque ergo originalis peccati punctione, uel cuiuscumque uulneris contagione uult sanari, intueatur serpentem in stipite, id est, confiteatur Christum in cruce, & hunc crucifixum. Cumque tali fide armatus crucifixerit membra sua cum uitijs & concupiscentijs, non solum a mortis periculo liberari, sed etiam ad uitam peruenire merebitur æternam. Unde & subditur:

Ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitam æternam. Omnis enim (ait scriptura) quicumque iuocauerit nomen domini, saluus erit. sicut ipse saluator in euangelio ait: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum. Ille autem uere credit, qui sic uiuit sicut Christus precipit. Qui autem confitetur uerbis, sed factis eum negat, non uitam meretur, sed pœnam. quia sicut ait iacobus apostolus, Fides sine operibus mortua est. Et iterum: Tu credis quod unus sit deus? bene facis, & dæmones: credunt, & contrem sicut.

Icel. 2.

Ioh. 11.

Iac. 2.

Ibidem.

## DOMINICA II. POST

Pentecosten. I. Ioh. III.

Charissimi, Deus charitas est. In hoc ap-  
R

paruit charitas dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit in mundum, ut uiuamus per ipsum. Et reliqua.

**Ioh. 15.** **Q**uomodo ipse dominus ait, Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis. Et ibi probata est dilectio Christi in nobis, quia mortuus est pro nobis. Dilectio patris unde probata est a nobis? Quia filium suum unicum misit mori pro nobis, sicut & Paulus apostolus ait: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?

**Rom. 8** Et in hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Non illum dileximus prius, nam ad hoc nos ille dilexit prius, ut diligamus eum. Gratia quippe hominem praeuenit ut diligat deum, qua dilectione operetur bona. Vnde Psalmista: Deus meus, inquit, misericordia eius praeueniet me.

**Psal. 58.** Et misit filium suum propiciatorem pro peccatis nostris. Et hoc est maximum in nobis divinae pietatis iudicium, quia cum necdum ipsi pro peccatis nostris eum petere nossemus, misit ille filium suum ad nos, qui nobis in se credentibus ultro veniam daret, nosque ad paternae gloriae societatem uocaret. In quibusdam codicibus hic uersiculus ita legitur: [Et misit filium suum litatorem pro peccatis nostris.] Litator autem sacrificator est: Sacrificauit enim filius dei pro peccatis nostris, non hostiam pecudum, sed seipsum offerendo. Vnde bene Paulus admonens, ait: Estote imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione sicut &

**Ephe. 5**

Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suavitatis. Cuius sententiæ cōcinit hoc, quod hic quoque Iohannes exhortando subiungit, dicens:

Charissimi, si sic deus dilexit nos, & nos debemus inuicem diligere. Quod autē sequitur,

Deum nemo uidit unquam,

maiore disputatione indiget, cum dominus & hominibus mundo corde deum uidendum promittat, & de sanctis dicat, quod angeli eorum in cælis semper uideant in faciem patris. Hanc autem sententiam & in euangelio suo ponit idem Iohannes, ubi etiam quomodo deus uideri possit, consequenter adiungit, dicens: Unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quod beatus pater Ambrosius ita exposuit: Et ideo deum nemo uidit unquam, quia eam quæ in deo habitat plenitudinem diuinitatis, nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit. Vidit enim, ad utrumque referendū est. Denique cum additur, Unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit, metium magis quam oculorum uisio declaratur. Species enim uidetur, uirtus uero narratur: illa oculis, hæc mente comprehenditur. Item beatus Augustinus in libro de uidendo deo, de eadem disputans quæstione, proinde in qua narrante unigenito qui est in sinu patris narratione ineffabili, creatura rationalis munda & sancta, impletur dei uisione ineffabili, quam tunc consequemur, cum ei æquales facti fuerimus: quoniam sicut uidentur ista uisibilia corporis sensibus, non ita deum nemo uidit unquam. Quoniam si aliquando eo modo uisus est, non sicut ista

R ij

natura uidetur, sed uoluntate uisus est, specie qua uoluit apprensus, latente natura atque in se incommutabiliter permanente. Eo autem modo quo uidetur sicuti est, nunc fortasse uidetur a quibusdam angelis suis sanctis. A nobis autem tunc ita uidebitur, cum eis facti fuerimus aequales. & post aliquanto exponens sententiam sancti Ambrosii: Deum nemo uidit unquam, uel in hac uita sicut ipse est, uel etiam in angelorum uita, sicut uisibilia ista, quae corporali uisione cernuntur, quia unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quia non ad oculorum corporalium, sed ad mentium uisionem dictum est pertinere quod narrauit. Item post multa: Ad eam uero uisionem qua uidebimus deum sicuti est, mundanda corda commonuit. Quia cum corporalia consuetudine loquendi uisibilia nominantur, propterea deus inuisibilis dicitur, ne corpus esse credatur. Neque enim corda munda substantiae contemplatione fraudabit, cum haec magna & summa merces deum colentibus & diligentibus promittatur, dicente ipso domino, quando corporalibus oculis uisibiliter apparebit, & inuisibilem se contuendum mundis cordibus promittebat: Qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Haec quippe natura eius aequaliter cum patre inuisibilis, sicut aequaliter incorruptibilis est, quae continuatim Apostolus posuit, dicens: Regi autem saeculorum inuisibili, incorruptibili, diuinam substantiam qua prouidit hominibus praedicatione commendans. Deus ergo inuisibilis, neque oculo, sed mente quaerendus est. Sed quemadmodum si solem ipsum uidere uelimus, oculos corporis purgaremus, unde lux

Ioh. 1.

Ioh. 14.

1. Tim. 1.

uideri potest: uolentes uidere deum, oculum cordis, quo deus uideri potest, purgemus. Beati enim **Matt. 5.** mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Verum quia hæc uisio in futuro speratur, quid agendum est nobis, dum adhuc constituti in corpore, peregrinamur a domino? Quo solatio utendum, ubi diuina uisione necdum licet perfrui?

**Si diligamus inuicem, deus in nobis manet.**

¶ Sed nemo putet hanc dilectionem, in qua deus manet, abiecta & desidiosa quadam mansuetudine, imo non mansuetudine, sed remissione & negligentia reseruari. Non ista est charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corrigendum, ad emendandum. Sed si sunt boni mores, dilatentur: si sunt mali, emendentur corrigantur. Si ergo diligamus inuicem sincera & disciplinabili charitate, deus in nobis manet. Operibus quidem ipsius charitatis manifestatur, quanuis nondum uisibiliter apparens.

**Et charitas eius in nobis perfecta est.**

¶ Quærendum autem, quomodo dicat perfectionem diuinæ charitatis in mutua dilectione consistere, cum dominus in euangelio pronunciet, non esse magnum, si diligamus eos, qui nos diligunt, nisi ad inimicos etiam (de quibus hic penitus tacere uidetur) ea de dilectio pertingat, nisi forte ipsos quoque inimicos fraterni amoris intuitu diligere iubemur, uidelicet ut non semper inimici remaneant, sed resipiscant a diaboli laqueis, nobisque germano foedere socientur. [ Si diligimus, inquit, inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius perfecta est. ] Incipe diligere. perficiens cœpisti diligere? cœpit in te deus habitare, ut perfectius habitando faciat te perfectum.

In hoc cognoscimus quod in eo manemus, & ipse in nobis, quoniã de spiritu suo dedit nobis. ] Hic ipsum quod de spiritu suo dedit tibi, an cognoscis? Interroga uiscera tua, si plena sunt charitate, habes spiritum dei, Paulo teste, qui ait: Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Roma. 5

Et nos uidimus & testificamur, quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. ] Nemo de salute desperet, quia etsi magni sunt morbi scelerum qui deprimunt, omnipotens deus est medicus qui saluat: atum meminerit quisq; quod idem filius dei qui uenit mitis ut saluaret, uenturus est ut districtus iudicet.

Quicumq; confessus fuerit quoniam Iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo. ] Perfectam cordis confessionem dicit, quod nec male suadentium hæreticorum possit fraude corrumpi, nec persequentium paganorum tormentis conquassari, nec carnalium fratrum exemplis, nec propriæ fragilitatis segnitia titubare. Sũt etenim qui etiam uerbis negãt esse Iesum filium dei, quales multi fuisse produntur eo ipso tpe quo hæc scribat Iohannes. Sunt item qui consentunt uerbis, factis autem negant. Vnde bene qui nunc ait, quicũque cõfessus fuerit quoniam Iesus est filius dei, deus manet in eo, & ipse in deo. ipse paulo superius dixit: Si diligamus inuicem, deus in nobis manet, insinuans profecto quia quisquis dilectionem in fratres habet, ille Iesum dei esse filium testatur.

Et nos cognouimus & credimus charitati, quam deus habet in nobis. ] Cognouimus quia

Iesus est filius dei, & quia pater misit eum saluato-  
rem mundi, & credimus charitati, quam habet de-  
us in nobis, quia uidelicet cū haberet unicum, no-  
luit esse unum, sed ut fratres haberet, adoptauit il-  
li qui cum illo possiderent uitam æternam.

Deus charitas est.

¶ In hoc superius dixerat, ecce iterum dicit. Am-  
plius tibi non potuit commēdari charitas, quam  
ut diceretur deus. Forte munus dei contempturus  
eras nunquid & deum contemnis?

& qui manet in charitate, in deo manet, &  
deus in eo. ] Vicissim in se habitant, qui continet  
& q̄ cōtinetur. Habitas in deo, sed ut continearis:  
habitat in te deus, sed ut contineat te ne cadas, q̄  
(sicut Apostolus de ipsa charitate dicit) charitas 1. Cor. 13.  
nunquā cadit. Quomodo cadit quē cōtinet deus?

In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut  
fidutiam habeamus in die iudicij.

Quisquis fidutiam habet in die iudicij, perfecta  
est in illo charitas. Quid est habere fidutiam in die  
iudicij? non timere ne ueniat dies iudicij. Cum em̄  
primo ad pœnitēdum se de malis actibus conuer-  
terit, incipit timere diem iudicij, ne uidelicet appa-  
rente iusto iudice, ipse damnetur. Processu uero  
bonæ conuersationis animatus, discit non time- Hagg. 2.  
re quod timebat, sed potius optare, ut ueniat ille  
desideratus cunctis gentibus, sperans se cum san-  
ctis merito bonæ actionis esse coronandum. Vn-  
de autem fidutiam in diem iudicij habere possumus,  
plenius subdendo manifestat:  
quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mun-  
do. ] Nunquid uero potest esse homo sicut deus?

R. iij



sed & meminisse oportet, quod & supra dictum est, quia nō semper ad æqualitatem dicitur, sicut, sed dicitur ad quandam similitudinem. Quomodo enim dicitur, sicut aures habeo, ita habet & imago. Nunquid omnino sic? Sed tamen dicitur, sicut. Si enim facti sumus ad imaginem dei, quare nō sicut deus sumus? Non ad æqualitatem, sed pro modulo nostro. Inde ergo nobis datur fiducia in die iudicii, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo: imitando uidelicet perfectionem dilectionis in mūdo, cuius ille exemplum nobis quotidie præbet de celo. De qua saluator in euangelio, Diligite, inquit, inimicos uestros, & orate pro persecutibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in celis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. & pluit super iustos & iniustos.

**Timor non est in charitate.**

¶ In tali uidelicet charitate, quæ ad imitationem diuinæ bonitatis, etiam inimicis benefacere, & hos diligere nouit,

sed perfecta charitas foras mittit timorem.

**Psalmo.**

Illum scilicet timorem, de quo dicitur: Initium sapientiæ timor domini. Quo timet quisque, incipiens opera iustitiæ, ne ueniat iustitiæ districtus iudex, & se minus castigatum inueniens damnet. illa charitas pellit foras timorem, quæ pro merito iustitiæ fiduciam habet in die iudicii. Sed & presentium aduersitatum timorem perfecta charitas eijcit ex animo, quæ habere quærebat, qui dño supplicās, ait: A timore inimici eripe animam meam.

**Psal. 63.**

**Rom. 8.**

quæ habebat qui dixit, Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an perse-

cutio: an fames: an nuditas: an piculū: an gladiū:  
 quoniam timor pœnam habet.

¶ Torquet cor conscientia peccatorum, nondum  
 facta est cogitatio. Ideo in Psalmo de ipsa perfe-  
 ctione iustitiæ: Conuertisti, inquit, planctum me Psal. 29.  
 um in gaudium mihi, conscidisti iaccum meū, &  
 præcinxisti me lætitiā: ut canat tibi gloria mea &  
 non compungar. Id est, non sit quod stimulet cō-  
 scientiā meam. Stimulat timor, sed noli timere.  
 intrat charitas quæ sanat, quem uulnerat timor.

Qui autem timet, nō est perfectus in cha-  
 ritate. ¶ Quia nimirū timor pœnam habet, quan-  
 uis sicut sectionem medici salus optata, ita timo-  
 rem charitas desiderata subsequitur. Nec putari de-  
 ber his beati Iohannis sermonibus esse contrariū,  
 quod Psalmita dicit: Timor domini sanctus per- Psal. 18.  
 manet in seculū seculi. Duo namq; sunt timores.  
 Vnus, quo timent homines deum, ne mittantur in  
 gehennam. Ipse est timor ille qui introducit chari-  
 tatem, se sic uenit ut exeat. Si enim adhuc pro-  
 pter pœnas times deum, nō dum amas quem sic ti-  
 mes: nō bona desideras, sed mala cauēs. Sed ex eo  
 quod mala cauens corrigis te, incipis & bona de-  
 siderare. Cum bona desiderare cœperis, erit in te  
 timor sanctus, ille scilicet, ne ipsa bona amittas, ne  
 mittaris in gehennam, sed & ne ipsa te deserat præ-  
 sentia dñi, quæ amplecteris, q̄ eternū frui desideras.

Nos ergo diligamus deum, quoniam  
 ipse prior dilexit nos,  
 Nam unde diligeremus, nisi ille prior dilexisset  
 nos? Hinc enim ipse in euangelio dicit: Non uos Ioh. 15.  
 me elegistis, sed ego elegi uos. Ita autem perfecti

R v

erimus in charitate. si quemadmodum nullius alterius, nisi salutis nostræ gratia, prior dilexit nos ille, nimirum nos quoque ita enim nullius rei, nisi sui tantum amoris, dilexerimus obtentu. Verum quia sunt qui uerbo tenus deum diligunt, cōsulte subiungitur:

Si quis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est.

Vnde probamus quia mendax est: audi:

Qui enim non diligit fratrem suū quem uidet, deum quem non uidet, quomodo potest diligere? Quid ergo? Qui diligit fratrem suum, & non diligit deum, necesse est ut diligat deum & diligat ipsam dilectionem. Deus enim dilectio est. Et ne quis dicere audeat, Et quid obstat diligere deum, etiamsi non diligo fratrem, recte subdidit:

Et hoc mādatum habemus a deo: ut qui diligit deum, diligat & fratrem suum.

Quomodo enim diligis eum, cuius odisti mādatum? Quis est qui dicat, diligo imperatorem, sed odileges eius? Nō ita est uerus dei amator, sed uide nunquid quia mandata tua dilexi domine, & ideo confidenter adiungit, in tua misericordia uiuifica me.

**Psalmus.**

## DOMINICA SECUNDA

post Pentecosten.

Lucæ XVI.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso. Et reliqua.



**S**criptura sacra diuinitus inspirata, non solū bonorum actiōnes ad imitandum commemorat, sed etiam tormenta reproborum narrat: ut quos ad bene uiuendum non prouocant exempla piorum, talem terreat denunciata supplicia reprobōrū. Quod utrunq; in hac lectione ostenditur, quando non

solum reges Lazari commemoratur, sed etiā pēna supbi diuitis ad memoriā reducitur: ut in uno habeāt pauperes quod imitentur, in altero autem diuites unde terreantur. Nam cum superius dñs contra auaritiæ uititium disputa-  
ret, ad monēdo **Luc. 16.** subiunxit, dicens. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Sed quia omnis, qui ex uitio non uult corrigi, ex correptione deterior fit, subiunxit euangelista, dicens: Audiebāt omnia hæc pharisæi, qui erāt auari, & deridebant eum. Quia cum malorum peruersitas crescit, prædicatio non solum minui nō debet, sed etiā augeri. Ut confirma-  
ret dominus exemplis, quod docuerat uerbis, adiunxit hoc per similitudinem, quod in capite huius lectionis audiui-  
mus, dicens: [Homo quidā erat diues, qui induebatur purpura & bysso,

& epulabatur quotidie splendide.

Ostendens inperbum diuitem esse condemnatum, quia sibi amicum Lazarum de māmōna ini-

Quitatis facere noluisse. Valde enim homo iste diues fuisse ostenditur, cum purpura & bysso indutus memoratur. Purpura enim regie dignitatis est habitus, byssus uero genus est quoddam lini suauissimi & candidissimi decoris. Ad augmentum quoque temporalis glorie, quotidie epulabatur splendide, diuersis ciborum apparatus uentri satis faciens. Epulae enim ad crapulam pertinent, preciosa uero uestimenta ad inanem gloriam. Sed quod dicitur in facultatibus, eo deterior in cruciatibus. Potentes enim (ait scriptura) potenter tormenta patientur. sunt enim nonnulli, qui putant in cultu preciosarum uestium peccatum non esse. Quod si omnino non esset, nequaquam dominus mentionem purpurati diuitis, qui in inferno torquebatur, faciens, premitteret, dicens: [Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso.] Et nisi in cultu preciosarum uestium peccatum fuisset, nequaquam Petrus foeminas compesceret, dicens: Non sit extrinsecus capillatura, aut circudatio auri, aut indumentorum cultus. Et Paulus apostolus in epistola ad Timotheum: Et mulieres uolo esse in habitu ornato, cum uerecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro aut margaritis, uel ueste preciosa, sed quae decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Et si hoc obseruandum est a mulieribus, quanto magis a uiris. Vnicuique enim si a conscientia testis est quae preciosa uestis non nisi propter inanem gloriam requiritur. Quia cum in secreto sit, ubi a nemine uideatur, non curat qualibuscumque indutus sit uestibus. At uero cum in publicum processerit, preciosa uestimenta requirit, non ut sanctior, sed ut honorabilior ceteris appareat. Quia uero uirtus

11. Sapi. 6.

1. Pet. 3.

1. Ti. 2.

est uilibus uestimentis indui, e diuerso colligimus peccatum nō deesse, preciosa uestimenta require re. Si enim in uilitate uestium uirtus non esset, nequaquam euangelista de asperitate sui uestimenti Iohannem laudasset. E quibus exemplis cognoscere possumus, quia tanta ac talia uestimenta querere debemus, quæ nuditatem possint operire & frigare. Quod dominus ostendit, quando in initio primos homines non purpuram, sed tunicas pelliceas induit. Vnde Paulus nos admonet, dicens: Nihil intulimus in hunc mundum, sed ne quod aliquid auferre possumus. habentes autem uictum & uestitum, his contenti simus. Sunt autem alij, qui præcepta ueteris testamenti austeriora esse putant, quā noui. Sed hi improuida consideratione falluntur, dum utrorumque testamentorum præcepta subtilius non discutiunt. Nam in ueteri testamento dicitur: Dilige amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. In nouo autem dominus ait: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calūniantibus uos. In ueteri testamento homicidium morte plectitur, in nouo dicit: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. In ueteri dicitur: Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu. In nouo uero precipitur: Si quis quod tuum est tulerit, ne repetas. Et qui uoluerit tecum contendere in iudicio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et qui te angariauerit mille passus, uade cum illo duo millia. Et ego dico uobis, nolite resistere malo. sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. In ueteri precipitur. Non adulterabis uxorem proximi tui: in nouo. Qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam merchatus est eam.

1. Titi. 6.

Leu. 19.

Mat. 5.

ibidem

Ibid.

in corde suo. In ueteri testamento aliena res inuasa, in quadruplū restituitur. hic autem diues nō aliena legitur rapuisse, sed q̄a ppria non dedit, apud inferos torquetur. Vñ cognoscim⁹, q̄a p̄cepta noui testamēto q̄to sunt p̄fectiora, t̄to districtiora.

Et erat quidā mendicus nomine Lazarus.

¶ Si subtiliter hęc uerba domini discutimus, inuenimus quia q̄ apud homines alta uidentur, apud deum frequenter in imo sunt: & quę apud homines sunt despecta, deo accepta sunt. Denique inter homines nomina diuitem longe lateq̄ sciuntur, pauperum uero etiam a pluribus concubus & uicinis ignorantur. At contra dominus mentionem de diuite & paupere faciens, nomen diuitis quasi ignotum tacuit: nomen uero pauperis quasi familiarius indicauit, ostendens unum reprobando nescire, alterum eligēdo se scire. Ait enim de diuite, [Homo quidam erat diues:] de paupere autem, Erat quidam mendicus nomine Lazarus. Iachi diceret: Superbum diuitem nescio, humilem pauperem scio. Excelsus em̄ dominus, cum non sit personarum acceptor, alta de longe conspiciat, & humilia de prope, Vt suscitet de puluere egenum, & de stercore eleuet pauperem. Nouit ergo dominus quos elegit, & ignorat quos reprobat. Vnde in fine reprobis dicitur: Nescio uos unde sitis, discedite a me operarij iniquitatis. At perfecto uiro Exo. 33. Moysi dicitur: Noui te ex nomine. Et sicut apostolus ait, 2. Ti. 2. Nouit dominus qui sunt eius. Ac per hoc magni meriti illos esse credimus, quorum nomina deus scire dicitur.

Quia iacebat ad ianuam eius, huiusmodi

Psal. 112.

Mat. 7.

Exo. 33.

2. Ti. 2.

plen<sup>o</sup>, cupiēs saturari de micis, q̄ cadebāt de mēsa  
 diuini, & nemo illi dabat. sed & canes ueniebant,  
 & lingeant hūlcera eius. ] ¶ Vasa figuli p̄bat for  
 nax, ait scriptura, & hoīes iustos rēratio tribulatio  
 nis: Quod huic paupi Lazaro cōtigisse cernim<sup>9</sup>,  
 cui ad augmētū doloris cū egestate ciborū accidit  
 infirmitas hūlcerū. Sola eīm egestas illi sufficeret,  
 etiā si infirmitas defuisset. Et rursus sola infirmitas  
 sufficere posset, si indigētia defuisset. Sed ad augmē  
 tū doloris, cū infirmitate addita est indigentia, ut  
 tāto p̄babilior corā oculis dei esset, q̄to dūrius i  
 gne tribulatiōis fuisset excoctus. Vbi cōsiderandū  
 est, quia dñs om̄ipotens & quissimus iudex, in una  
 eadēq; re duo iudicia operatus est, ut unde uni p̄  
 mium, inde alteri cresceret suppliciū. Fortassis eīm  
 diues iste de misericordia excusationē haberet, nī  
 si paupere afflicto ante ianuā iacentē uidisset: cū  
 aut uidit miserum, sed misereri noluit, om̄em adi  
 tum excusationis sibi exclusit. Pauper uero cum  
 penuria corporis, maiorem tribulationē sustinuit  
 mentis, cum uideret quotidie diuitē splendide epu  
 lari, se uero micarum fragmenta desiderare: cum  
 cerneret illum obsequentibus turbis circundari, se  
 aut a nemine uisitari. Iam quod ab hoībus cōtem  
 ptus sit, canes testantur, qui licenter hūlcera eius  
 lingeant. Quod iusto dei iudicio (sicut diximus) fa  
 ctum est, ut unū uni, p̄batio, inde alteri cresceret dā  
 natio. Sed nunq̄d semper aut iste in tribulatione,  
 aut ille erit in gloria? Nō. Audi quod sequitur.  
 Factū ē aut ut moreretur mendicus, & porta  
 retur ab angelis in sinū Abrahā. Mortu<sup>9</sup> est aut &  
 diues, & sepultus est in inferno. ] ¶ In q̄ loco colli  
 gere possumus, q̄a unicuiq; electorum angelus ob

Ecc. 17



- custodiam sui deputatus est, iuxta illud quod ait  
 Apostolus: Sunt administratoꝝ spiritus in mini-  
**Heb. 1.** sterium missi propter eos, qui hæreditatem capi-  
**Mat. 18.** unt salutis. Et sicut dominus de paruulis ait, An-  
 geli eorum semper uident faciem patris. nam &  
 de Petro pulsanti ad ianuam, dictum est: Angelus  
**Act. 12.** eius est. Quandiu enim electi in præsentia uita ma-  
**Sap. 9.** nent, ubi corpus quod corrumpitur aggrauat ani-  
 mã, & deprimit terrena inhabitatio sensum mul-  
 ra cogitantem, necesse habet angelorum auxilio  
 confortari, secundum quod scriptum est in perso-  
 na uiri iusti: Angelis suis mandauit de te, ut custo-  
**Psa. 90.** dian te in omnibus uijs tuis. Et in manibus tollent  
 te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Cum  
 enim oculus diuinæ maiestatis semper & ubiq; no-  
 stra opera & cogitationes intueatur, credimus tñ  
 dignas operationes & iustas elemosynas ab an-  
 gelis deo nunciari, iuxta illud quod angelus Tho-  
**Thob. 12.** biæ ait: Cum oraretis, ego obtuli orationes ue-  
 stras ante deum. Hinc est quod ab angelo dicitur  
 Danieli: Ex die qua posuisti cor tuum ad intelligen-  
**Dan. 10.** dum, ut te affligeres in conspectu domini, exaudi-  
 ta sunt uerba tua, & ego ueni propter sermones  
 tuos. Qui autem operantes in hac uita electos  
 adiuuant, a corpore exeuntes suscipiunt, quod in  
 presenti exemplo comprobatur, cũ dicitur: [Factũ  
 est autem ut moreretur mendicus, & porta retur  
 ab angelis in sinũ Abraæ.] Sinus autem Abraæ in  
 hoc loco requiẽ significat beatorũ, iuxta quod ipse  
 alibi ait: Multi uenient ab oriente & occidente, &  
**Matt. 5.** recumbent cum Abraam & Isaac & Iacob in re-  
 gno cælorum. Sicut enim de ea re, quam in sinu  
 habemus, certi securiq; sumus: sic electi cælestis

regni gremio collecti, æterna securitate firmatur. Sed sicut lato corde audiendum est, quod dicitur, [Factum est autē ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ:] ita ualde tremendum est quod subinfertur, [Mortuus est autē & diues, & sepultus est in inferno.] Sepultus autem in inferno dicitur, cum spiritus sepultura non indigeat, ut magnitudo pœnarum ostendatur. Mortuo enim sepultura debetur, & ideo quia mortuus erat in corpore, in anima sepultus in inferno dicitur, quia sine fine cruciabitur. Sicut em̄ preciosa **Psal. 119.** est in conspectu domini mors sanctorum eius, sic e contra mors impiorum pessima. Audiat hoc avarus, audiat pecuniarum cupidus. Quid enim prodest avaro diuiti, q̄ in bonis ducit dies suos, quando in puncto ad inferna descendit? Vbi e diuerso colligere possumus, quę pœna præparata sit raptoribus, quando diues iste, qui aliena non legitur rapuisse, sed sua non dedisse, in inferno sepultus esse narratur. Si enim in inferno cruciatur, qui sua nō dedit, qua pœna puniendus est, qui aliena tollit? qualibus per Isaiam dicitur: **Isa. 5.** Vae qui coniungitis domum ad domum, & agrū agro copulatis usq̄ ad terminum loci. Non solum em̄ rapina, sed etiam superflua tenacitas inferni pœnam meretur, sicut ipse index pauperum curam negligentibus dicturus est: **Mat. 25.** Discedite a me maledicti in ignē æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui caui, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & non collegistis me. Nudus, & non cooperuistis me. In firmus & in carcere, & non uisistis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te

uidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico uobis, Quandiu enim uni ex minimis istis non fecistis, nec mihi fecistis. Radix cō (ut ait

**Tim. 6.** Apostolus) omnium malorum est cupiditas. **Vnde**  
**Luc. 6.** de dominus ait in euangelio: **Vx** uobis diuitibus,  
**Mar. 10.** qui habetis consolationē uestrā. Et iterū: Diffici-

le, q̄ pecunias habent, in regnum cælorū intrabūt. Illis deniq̄, q̄ solcite inquirere solēt, utrū anima ad similitudinē corporis membra habeat, an nō, præsens lectio satis facit. Ait enim dominus de diuite:

Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, uidit Abraam a longe, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater Abraam, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremū digiti sui in aquam, ut refrigeret linguā meam, q̄a crucior in hac flamma. ] ¶ Ergo & diues oculos & linguam habebat, & Lazarus digitum: quia anima secundum suam subtilem & spiritalem naturam membra creditur habere, quæ habet & corpus. Quod in eo facile comprobatur, quia corporis membra nihil possunt sine anima. Vbi pariter demonstratur, quia non solum boni bonos in gloria, sed mali malos recognoscunt in pœna. Nam diues non solum Lazarum, quem prius uiderat, recognouit, sed etiam Abraam, quem nunquam uiderat, se recognouisse testatur, cum ait: [Pater Abraam, miserere mei.] Et cum fratrum suorum absentium meminit, liquido datur intelligi, quia eos q̄s præsentialiter malos uidebat, recognoscere poterat. In quo loco etiam ostenditur, quia non solum boni, cū sint in æterna requie recepti, malos con-

spiciunt in pœna, sed etiam mali bonos in gloria.  
 Quod iusto dei iudicio agitur, ut unde sanctis glo-  
 ria, inde reprobis augeatur pœna. Dupliciter enim  
 reprobi cruciantur cum sanctos conspiciunt in re-  
 quie, non solum quia peccauerunt, sed etiam cum  
 eos remunerari uident, quos contemptui habue-  
 runt. Vnde in fine uisa illorum gloria, dicturi sunt:  
 Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum &  
 in similitudinem improperij. Nos insensati uitam *Sapi. 5.*  
 illorum estimabamus insaniam, & finem illorum  
 sine honore. Quomodo ergo computati sunt in-  
 ter filios dei, & inter sanctos fors illorum est? Er-  
 go miseri errauimus à uia ueritatis. Iusti autē tan-  
 to huberiores gratias deo referunt, quāto de ma-  
 ioribus tormentis, non suis meritis, sed gratia dei  
 se considerant liberatos, quod usque ad iudicium fu-  
 turum erit. Nam postea, sublatis impijs ne uide-  
 ant gloriam dei, sancti reprobos cōspecturi sunt,  
 quia illi qui creatori suo iniusti erunt, nihil erit in  
 creaturis quod nō uideant. A longe diues Abra-  
 am conspiciet, quia per imitationem eius proxim⁹  
 fieri noluit. Multum autem ad se refrigerandū La-  
 zarum mitti precatur, ut eius glōria ei fieret detri-  
 mentum, cuius pœnæ ipse noluit præbere solatiū.  
 In omnibus enim operibus suis iustissimus est do-  
 minus, in hoc tamen eius iustum iudicium decla-  
 ratur, cum dicitur: [ M. Lazarum, ut intingat  
 extremum digiti sui in oleum, ut refrigeret lin-  
 guam meā. ] In mensis enim diuitum micæ superflue  
 esse uidentur, gutta autem aquæ etiā pauperibus  
 exigua est. Qui ergo minima negauerat, minima  
 impetrare nequinit: quia qui micæ panis Lazarō  
 dare noluit, in ardore posirus guttā aq̄ ex eius di-  
 S ij

gito decidentem impetrare non potuit. Audiant hoc auari, qui superflua diuitiarum suarum magis in putredinem uerti sinūt, quam in necessitatibus pauperum expendi, non timentes illud, quod terribiliter eis, Iacobus apostolus cōminatur, dicens:

**Iaco. 5.**

Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris, quæ superueniēt uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, uestimenta uestra a tineis comesta sunt. Aurum & argentum uestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Talis erat ille diues, qui dicebat in corde suo: Destruā horrea mea,

**Luc. 12.**

& maiora faciam. Cui a domino dictum est: Stulte, hac nocte auferetur anima tua a te: hæc autem quæ præparasti, cui⁹ erūt?

**1. Tim. 6**

Quia ergo (ut ait Apostolus) nihil intulimus in hunc mundum, sed neq; aliquid auferre possumus, habentes uictum & uestitum, his cōtenti simus. ¶ Quid est quod specialiter linguam refrigerari rogat, cū hinc inde ultricibus pœnis circūsepitur torus atq; cruciatur, nisi quia in ea plus se ardere iudicat? Vbi datur intelligi, quia pro qualitate & quātitate peccatorum, redditur reprobis pœna tormētorum. Non enim æqualis pœna debetur ei, qui parum peccauit: & ei qui multum. Quia sicut sub uno radio solis non omnes æqualiter utimur, ita reprobi in gehenna li pœna non omnes æqualiter cruciantur. Habet enim hoc subtilitas iudiciorum dei, ut per quod membrum amplius peccat quis, in eo maiorem uin dictam recipiat. Cū enim superius diues iste splendide epulatus fuisse dicitur, & nūc in lingua se cruciari perhibet, ostenditur quia præ cæteris mēbris in lingua arderet. In cōuiujs enim superflua & in-

anis loquacitas abundare solet: quoniam ubi uenter diuersis cibis & potibus distentus fuerit, statim lingua ad cachinnos, ioca, maledictiones, detracti-  
 ones & cetera his similia resoluitur, sicut scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surre- **Exo. 32.**  
 xerunt ludere. Et quia conuiujs in lingua peccauerat, in tormentis in lingua ardebat. Quoniã **Sap. 17.**  
 (sicut ait Salomon) Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Sed forte queret aliquis, utrũ ignis gehēnalis corporeus sit, an incorporeus. Ad quod dicendum, quia sic corporeus esse creditur, ut animam incorpoream cruciare possit. Quod autem res corporea a animam incorporeã cruciare possit, mirum non est, cũ uiuente quolibet homine spūs in corpore tenetur. Nam apostatas angelos q̄s incorporeos spiritus esse dubitet? & tamen igne gehennali sine intermissione cruciãtur, sicut ueritas reprobis dictura est. Ite maledicti in ignem æter- **Mat. 25:**  
 num, qui paratus est diabolo & angelis eius. Non est ergo dubium, animam incorpoream ante iudicium ab igne corporali posse torqueri, cum hoc in spiritibus immundis possibile demonstratur. Iustum est enim, ut qui in anima simul & corpore peccant, ante iudicium in anima, post iudicium uero in anima & corpore crucientur.

Et dixit illi Abraam: Fili, recordare quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Cum superius Abraam patrem uocat, & nunc cum Abraam filium eũ nominat cognoscere possumus, ex eodem populo, qui ex stirpe Abraã originem ducebat, illum fuisse. Sed summo opere illud considerandum est, quia quem filium nominat, a pœna non liberat, quoniam in distinctione iusti iu-

dicij dei tanta & qualitas iusticie erit, ut nec filius pa-  
 trem, nec pater filium liberare ualeat, sed unusquis-  
 que recipiet secundum opa sua, prout gessit, siue  
 bonum siue malum: quia peccator in peccato suo  
 morietur, & iustus in iustitia sua qua operatus est  
 uiuet. Vnde per Iezechielem prophetam dñs cū ter-  
 ram gladio, peste, & fame perituram prædiceret,  
 adiunxit, dicens: Viuo ego, dicit dñs, quia si Noe &  
 Iob & Daniel fuerint in medio eius, filios & filias  
 Iezec. 14 non liberabunt, sed ipsi iustitia sua liberabunt ani-  
 mas suas. Absq; obliuione aut memorie comen-  
 dandum est, quod diuiti uoce Abraz dicitur: [Fili  
 recordare quia recepisti bona in uita tua, &  
 Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consola-  
 tur, tu uero cruciaris.] In quibus uerbis intelli-  
 gimus & diuitem aliquod bonum fecisse, pro quo in  
 hac uita bona recepit & pauperem aliquod repre-  
 hensibile egisse, pro quo presentis uitæ flagellis  
 purgatus est. Acquistimus enim iudex deus, sicut  
 malum nullum impunitum dimittit, sic nullū bo-  
 num absq; mercede relinquit, quia aut in præsen-  
 ti aut in futuro retribuit. Quoties ergo aut pros-  
 peritas presentis uitæ nobis blanditur, aut diui-  
 tiæ affluunt, timendum est ne de bono quod agi-  
 mus mercedem in præsentis seculo recipiamus,  
 ne forte in futuro nobis dicatur: Amen amen di-  
 co uobis recepistis mercedem uestram. Quo-  
 tiescunque autem aut pauperas nos affligit, aut  
 flagella nos atterunt, gaudendum est & gratu-  
 tulandum: quia flagella Dei aut ad remuneratio-  
 nem nobis contingunt, aut ad probationem.  
 Propter quod nos scriptura admonet, dicens: Fili  
 proue. 3 ne despicias disciplinam domini dei tui, neq; fati-

geris cum ab eo corripis. Quem enim diligit dominus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Heb. 12.

Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint, nec inde huc transire. Chaos dicitur pactum uel firmatum siue confusio elementorum. Dicitur enim chaos uorago uel profundum. Sed in hoc loco dicimus quia in infernus, ubi diues torquebatur, longe inferius erat, unde paulo superius dicitur: [Eleuans autem oculos suos, uidit Abraam a longe, cum esset in tormentis.] Ante aduentum enim domini animarum sanctorum, quia propter originale peccatum ianuam regni caelestis ingredi non ualebant, in secretioribus locis absque poena erant, ad quorum comparationem infernus poenalis longe inferius erat, unde Psalmista precatur. Eripuisti animam meam ab inferno inferiori. Chaos ergo magnum firmatum est: siue terminus intransmeabilis distinctione iusti iudicij dei, ut nec isti ad illos, nec illi ad istos transire possint. Quod autem illi qui in poenalibus locis tenentur, ad sanctorum requiem transire uelint, nulli dubium est. Iusti autem in requie constituti, & si per mentis compassionem ad illos transire uolunt, tamen quia ab aequitate iusti iudicis discordare non possunt, nequaquam ad eos transire ualent. Sed infelix diues de salute sua desperatus, ad fratrum liberationem, quos in seculo reliquerat, solitudinem conuertit, cum ait:

Psal. 85.

Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi uentur in hunc locum

§ iij



tormentorum. [¶ Cui iusto iudicio dei ad cumulum suę damnationis, non solum cognitio, sed etiã memoria reservata est. ut nõ solum pro se, sed etiã pro fratribus torqueretur, quos similiter perire meruebat. Neq; em̄ perfecta esset in diuite ultio pauperis, si Lazarũ non cognouisset: neq; perfecta pœna in tormentis, si fratrũ, quos in seculo reliquerat, non meminisset. Quo exemplo nos instruimur, quia animæ sanctorum in æterna beatitudine receptæ, p̄ salute charorũ, quos inter seculi pericula reliquerunt, intercedere creduntur. Et ga iuxta scripturæ autoritatẽ, q̄ sibi nequã est, nulli bonus erit, diuiti p̄ fratrib; roganti respõdetur:

Ecc̄l. 14.

Habent Moysen & prophetas, audiãt illos.

Ecc̄s. 9.

At ille dolore constrictus: [Non] inquit [pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiã agent,] Et quia (ut ait Salomon) nec opus, nec ratio, nec scientia, neque prudentia est apud inferos. adhuc subditur:

Si Moysen & prophetas nõ audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent] Quia sententia luce clarijs patet, quia qui Moysen & prophetas audire contempserunt, Christum a mortuis resurgentem credere noluerunt: uel qui p̄cepta ueteris testameti cõtemnunt, utiq; ueritatem noui testameti, quæ Christi resurrectionem p̄dicat, minime implere possunt. Sed quia hæc moraliter ad terrẽdam diuitum avaritiam, & pauperum inopiam consolandam diximus, hinc breuiter quid allegorice significant, uideamus Per diuitem enim & pauperem duo p̄cepta populi significantur, iudæorum s. & gentium. Per diuitem

Iudæorum populus præfiguratur, qui non solum  
 carnales diuitias, sed etiam spirituales per legis no-  
 titiam accepit, quibus magis ad nitorem, quam ad  
 utilitatē usus est. Qui purpura indutus est in mar-  
 tyribus, bysso in uirginibus: siue purpura in regia  
 dignitate, bysso in gloria sacerdotali. Epulaba-  
 tur quotidei splendide, in patrum eloquijs medi-  
 tando. Per pauperem uero Lazarum, gentilis po-  
 pulus designatur, qui pauper extitit qñ a legis no-  
 titia & cognitione dei alienus fuit. Iacebat ad ia-  
 nuam eius, quia intra ianuam scientiæ legis ingre-  
 di non poterat. Hulceribus plenus, id est, diuersis  
 peccatorum criminibus fœdatus. Cupiens satura-  
 ride micis, quæ cadebāt de mensa diuitis, & nemo  
 illi dabat: quia ille superbus Iudæorum populus  
 uerba, quæ de legis scientia profluebant, gentibus  
 dare nōlebant. Et dum præceptis legis magis ad  
 elationem, quam ad charitatem & utilitatem usus  
 est, quasi ex acceptis dapibus tumuit. Mensa em̄  
 scripturam sanctam significat, sicut scriptum est: **Psal. 22.**  
 Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos  
 qui tribulant me. Micæ autem, quæ cadebant de  
 mensa diuitis, uerba sunt, quæ de legis scientia (ut  
 diximus) profluebant. Has cupiebat accipere iste  
 pauper, gentilis scilicet populus, de quibus erat il-  
 la mulier Cananæa, quæ domino sibi dicenti, Non  
 est bonum sumere panem filiorum, & mittere ca-  
 nibus, respondit dicens: Utiq; domine. nam & ca-  
 telli edunt de micis, quæ cadunt de mensa domi-  
 norum suorum. Sed quem diues contemnit, deus  
 non despicit. Quando em̄ excelsus deus humilis  
 factus est homo, non solum ad Iudæorum popu-  
 lum, sed etiam ad gentium, prædicatores suos mit-

**Matt. 15.**

tere dignatus est. Vnde bene dicitur: [ Sed & canes ueniebant, & lingeant hucera eius. ] Canes in scripturis, uarias habent significationes. Aliquando populum Iudeorum significant, ut in Psalmo legitur: Circundederunt me canes multi. Aliquando falsos catholicos, sicut per sapientissimum Salomonem dicitur: Sicut canis qui reueritur ad uomitum suum, ita stultus qui iterat stulticiam suam. Aliquando hereticos, sicut Apostolus ait: Videte canes, uidete malos operarios, uidete concisionem. Aliquando malos doctores, sicut per prophetam dicitur: Speculatores eius caeci omnes, nescierunt uniuersi, canes muti non ualentes latrare, uidentes uana & amantes somnia, & iterum: Canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Et Iohannes in Apocal. Foris canes & uenefici, & impudici, & omnis qui amat & facit mendacium. Sed in hoc loco bonos praedcatores significant, de quibus per Psalmistam dicitur. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Canis enim uulnus quod lingit, citius ad sanitatem perducit. Quid autem sunt uulnera nisi peccata? Sicut enim uulnus ab interioribus uisceribus foras in cute erumpit, sic peccata per confessionem pandenda sunt, ut ad sanitatem animae que peruenire possit. Igitur nihil aliud est peccatorum confessio, nisi quaedam uulnerum ruptio. Et nos ergo confitendo peccata nihil aliud agimus, nisi quod pestiferum in mente latebat, aperimus. Quia ergo sancti praedcatores gentilem populum ad peccatorum confessionem uocauerunt, quasi spirituales canes uulnera Lazari lingendo curauerunt. Vnde bene idem Lazarus ad iustus interpretatur: quia illi ad salutem eum adiuuerunt, quia peccata sua eum confiteri docuerunt. Et quia gen-

tiles p fidem filij Abraæ effecti sunt, recte subiun-  
 gitur. [Factum est autem ut moreretur mēdicus;  
 & portaretur ab angelis in sinum Abraæ.] Pauper  
 autem in sinum Abraæ portatur, quia per fidem  
 gentilis populus ad societatem patriarcharū col-  
 ligitur, domino dicente: Multi uenient ab orien-  
 te & occidente, & recumbent cum Abraam & Isa-  
 ac & Iacob in regno caelorum. At uero Iudaorū  
 populus, qui credere noluit, propter perfidiam re-  
 pellitur. Unde bene dicitur: [Mortuus est autē &  
 diues, & sepultus est in inferno.] Recte in capite  
 huius lectionis primū posuit diuitē, deinde paupe-  
 rem: nunc uero primum pauperē, deinde diuitē, ut  
 ostenderet quia Iudaic⁹ populus, qui fuerat in ca-  
 pite superbiēdo & se exaltando, factus est in cau-  
 da: gētilis se humiliādo, q̄ erat nouissimus, factus  
 est prim⁹, q̄a (sicut per sapientissimum Salomonē  
 dicitur) sup̄bum sequitur ignominia, & humilē spiri-  
 tu gloria. Vñ & dñs in euangelio ait. Cū quis se ex-  
 altat, humiliabitur. Et iterū: Erūt primi nouissimi,  
 & nouissimi primi. Qui Abraā a lōge cōspicit, q̄a  
 ei p imitationē (ut dictum est), pximus fieri noluit.  
 Qui plus in lingua se cruciari perhibet, q̄a uerba  
 legis, q̄ in ore tenuit, opere implere cōtempnit. Re-  
 cte etiā in lingua magis ardere dicitur, quia Iudæi  
 acuerunt linguas suas sicut serpentes, q̄n cōtra au-  
 torē uitæ dixerunt: Crucifige crucifige eū. Nō ha-  
 bem⁹ regē nisi Cēsarē. Qui ab extremo digito La-  
 zari se refrigerari precatur, q̄a illi q̄ in aeterno sup-  
 plicio sunt dānati, minimis sanctorū opibus, si fie-  
 ri posset, optarēt esse participes. Quod quia post  
 mortē fieri non potest, recte diuiti uoce Abraæ di-  
 citur: [Memento fili quia recepisti bona in uita

Mat. 8.

Pro. 29.

Luc. 14.

& 18.

Mat. 20:

Ioh. 19.

tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autē hic cōsolatur, tu uero cruciaris. Quing; autē fratres diues se habere testabarur, quia populus Iudaicus v. libros Moysi accepit. Vnde recte per Abraam dicitur: [ Habent Moysen & prophetas, ] Vel quia eiusdē pars populi, qui adhuc in præsenti uita subsistit, in 5. sensibus corporis constat, quos sensusq; ad spiritualem intellectum flectere nolūt, recte de eorum contumacia subinfertur: [ Si Moysen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent. ] Ideo enim in Christum, qui ex mortuis resurrexit, non credunt, quia Moysen & prophetarum dicta spiritualiter non intelligunt.

Ioh 5.

Vñ saluator ait in euangelio: Si crederitis Moysi, crederetis forsitā & mihi. De me em̄ ille scripsit.

DOMINICA III. POST PEN  
tecosten. I. Iohan. III.

Nolite mirari si odit uos mundus. Et relip.

**M**undum, dilectores mūdi dicit. Nec mirandum qd qd amat mundum, fratē a mundi amore separatum, & cælestibus tantū desiderijs intentū, amare non possint. Abominatio est em̄ peccatori religio, ut scriptura testatur.

Nos scimus quia transfati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. ¶ Nemo se de uirtutibus falso extollat, nemo suarum uirium paupertatem ultra modum metuat. Apertum dat iudicium, [ quoniam diligimus fratres. quia quicumque fraterna dilectione plenus est, ad salutem electorum pertinet, quia portionem habere inter raiuentium meruit.

Qui non diligit, manet in morte.